



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

X. Io. Trithe. Abbas Span. Optimo Fratri Ioanni Nutio salutem, & veram in  
Domino charitatem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

IOANNES TRITHE. ABBAS SPAN. DILECTO FRATRI NICOLAO Priori suo claustrali. S. & sinceram in Domino charitatem.

**R**EVVS nostris prauorum maleuolentia perturbatis, animus ad aliena rapitur, & ubi tandem consistat merito speculatur. Non parcunt innocentiae temeritatis autores, & qui nos ledere nequeunt, linguam in nostros mendacem atque maledicam (sicut audiuius) extendunt. Nos autem eorum parui pendentes maledicta, Dei que misericordiam collaudantes benedicimus, de cuius protectione in tempore opportuno certi sumus. Quid enim hominum stultitias continuo furore maris instar sequentes curaremus, quibus de fatuitate totum, de sapientia vero nihil constat? Scimus enim per multas tribulationes regnum patere cœlorum: nec pati quæ casus offert abnuimus, Christi passionem præ oculis iugiter habentes. Nunquam tristia nobis defuerunt, ex eo die quo ad Abbatiam fuimus electi, sed mentem diuinarum scripturarum fulcimentis instructam eo locauimus, quo (Dei miseratione præseruante) neque prosperis neque aduersis à suæ tranquillitatis statu poterit eueri. Neque enim ignoramus, quam sit hominibus perniciofa res in temperata tristitia, si mentibus inhæserit semel: quanquam sine tristitia vitam agere non sit facile. Sola me innocentia consolatur, patientem iniurias, videbuntque Cynonoti quam sim Christianus philosophus. Nec satis mihi facit eorum cauillatio, qua dicunt, non meci factum odio quod temere præsumperunt, cum nominis nostri non mediocriter cernarationem. Sed aliud hæc tempora poseunt. Erit ad caput Iulij mensis Principium conuentus in Colonia, quo & nos vocati sumus per serenissimum principem Electorem Ioachim Brandenburgensium Marchionem. Vnde ne propter diuturnam nostri absentiam status rerum monasterij collabatur, tuæ charitati vices nostras interea committimus, citra tamen præiudicium nostræ dignitatis, quousque vel ad cœnobium reuertendum duxerimus, vel hanc ipsam reuocare commissionem. Nihil egeris magni & insoliti, nihil mobilium vel immobilium vendas, nihil alienaueris aut locaueris, nec dederis in pignus, solum ea facias quæ Priori & cellerario conueniunt. Sic agito vt monachum decet Abbati subiectum. Vale sanus. Ex Neometi 24. die mēsis Iunij Anno Christianorū. M. D. V.

IO. TRITHE. ABBAS SPAN. OPTIMO FRATRI IOANNI Nuptio salutem, & veram in Domino charitatem.

**E**A quæ mihi de Priore meo Nicolao suisque cōplicitibus testimonia perfidiæ & infidelitatis significasti, charissime frater, antea non penitus ignoravi. A pluribus enim sciebam annis, cum tu adhuc monialium in Bibelis præpositum ageres, quod Prior, homo alioquin satis promptulus inconsiderate loquendi, quæ non intelligat quorum dicta vergant, cuius totus spiritus in naribus eius semper est: simul & frater Heilmannus, pluribus annis cellerarius meus & procurator vniuersalis, scitus quidem & astutus, sed odio in nos agitatus nimium, vna cum paucis è numero fratrum donatorum, partibus fauentes transylvanianis, iniquis contra nos & principem nostrum machinationibus laborarunt. Non egemus alieno testimonio, qui Prioris verba viuaci memoria tenere cogitamus. Qui cum nuper hic nobiscum esset, inter cætera ministeriales Ducis talia de nobis verba dixisse confessus est: *Si Abbas vester Ducis nostri partibus adhaesisset, quemadmodum fauisse conuenitur Palatinis, non incidisset mala hæc omnia.* Scio quod verum est eorum in hac parte testimonium. Quis vero Ducis animum concitauit in nos, nisi Prior ipse, qui nobis ista retulit, prædictusque frater Heilmannus, & Claudius ille Donatus, qui Palatinas partes semper calumniantes, nobis transylvanos sine causa reddiderunt infensos. Deus omnipotens, qui nouit omnia priusquam fiant, scit quia non mentior. Quotiescunque ex ministris ducalibus quispiam intrauit monasterium, memoratis delatoribus notus, memoria nostri, quæ si nimium faueremus Palatinis rebus, in medio fuit. Hæc vna & prima Cynonotorū amulationis in nos causa fuit, quam etsi ante ferme decennium fratrum nobis charitas notam fecerit, tute satis tamen auferre nequiuimus. Addamus & alteram, feudum castelli Spanhemensis, quam tu quoque non ignoras concernentem. Tertia est hominis in nos odij causa, indefessa circa bonas literas studiorum nostrorum continuatio, cui (vt suis loquamur verbis) videre libros horror est maximus. Hanc boues illi duo monticulæ Idalimus & Cno-

DILECTO FRATRI N...  
am in Domino cha.

is, animus ad aliena rapitur, de vi  
innocentia temeritatis autores de  
acem atque maledicam (sicut an  
es maledicta, Deique misericordiam  
mpore opportuno certissimum. Qu  
tar sequentes curaremus, quibus de  
imus enim per multas tribulationes  
nuimus, Christi passionem praece  
ant, ex eodie quo ad Abbatem  
cimentis instructum eo locum  
neque aduersis à sua tranquillitate  
hominibus perniciose reseruit  
sine tristitia vitam agere non suis  
rias, videbuntque Cynonon quim  
orum cauillatio, qua dicunt, nem  
ominis nostri non mediocriter co  
rit ad caput Iulij mensis Principem  
erenissimum principem Electorem  
ne propter diuturnam nostri abste  
ati vices nostras interea comitati  
ousque vel ad conuictum reuocan  
nem, Nihil egeris magni & inuol  
ueris aut locaueris, nec dederis  
unt. Sic agito vt monachum detur  
sis Iunij Anno Christiano...

MO FRATRI IOANNI  
vino cha.

ibus testimonia perdidit & inuol  
us ignorati. A pluribus enim  
situm ageres, quod Prior, homo  
ne non intelligat quoriam dicta ve  
nol & frater Heilmannus, pluribus  
s quidem & alturus, sed odium nos  
onatorum, partibus fauente  
inationibus laborarunt. Nemo  
noria tenere cogitatus. Quam  
Ducis talia de nobis verba dixe  
set, quem admodum fuisse conuictum  
m est eorum in hac parte tribu  
Prior ipse, qui nobis ista remissio  
s, qui Palatinas partes semper cal  
in fensos. Deus omnipotens, qui  
Quotiescunque ex ministris de  
oribus notus, memoria nobis  
c vna & prima Cynonon  
um fratrum nobis charitas  
s & alteram, feudum castelli Syn  
n. Tertia est hominis in nos  
m continuatio, cui (vt suis loqu  
ues illi duo monticula ledimus  
& Co-

& Cnopephorus, omnium scripturarum bonarum ignari, hostes, aduersarij & contem  
ptores, non parum auxerunt, quippe qui nostris studijs optimis, ad quæ sumus nati, semper  
pro viribus detraxerunt. Quartam æmulis causam aduersum nos, bellum atrocissimum  
dedit; quod contra mitissimum principem nostrum Philippum comitem Palatinum,  
anno priore multorum conspiratio gessit. Quæ illo durante in nos fuerint præsumpta  
ab æmulis, cum tu semper toto illius tempore in oppido vicino monasterio Creutzen  
nach mecum fueris conuersatus duabus & viginti hebdomadibus, non ignoras. Quid si  
& quinram præscriptis addiderimus odiorum in nos causam, quam Prioris nostri ver  
ba confirmant, tamen si certo sciamus certius esse confictam. Retulit enim nobis pridem  
10 à Cynonotis ad nos Neometim reuerfus, ducalem archigrammatæum quibus nescio  
verbis prouocatum à nobis, vt rebus nostris faueat male, eumque ob id omnia in nos  
principis nomine imperioque seducti excogitasse, ac satellitibus præfecti latrocinandi  
comendasse officium. Nihil in eum perperam dixisse nos vnquam meminimus,  
nec hoc ipsum quidem, cuius nos accusare videtur, quod homo sit indoctus & versipel  
lis, suis commoditatibus nimium inhians, vt pote qui ad principem venit scholaris inops  
atque pauperrimus, annisque paucis enasit seruiendo ditissimus. Si hæc aliquando ver  
ba dixissem, verba vtique dixissem suis motibus congrua, & propterea vera, neque aduer  
sus Principem suum, sed in eum qui talia fecisset prolata. Mores mihi Ducis admodum  
fatis constare videntur: mitis est, humanus cito, nimium credulus. Nec eius gratiam  
20 posse nos recuperare delationibus falsis amissam arbitramur difficile, nisi causa nos pro  
hiberet occulta ne debeamus. Credulus nimium suis iniuste nos persecutus est. Ven  
iam ergo non postulabimus ab eo, quem læsimus nunquam. Experiemur fortunam  
etiam grauiora minantem, illum constituentem nobis protectorem, cuius nutu subsistunt  
vniuersa. Puderet nos merito, si tot sudores literarum studio atque labores per conti  
nuos annos triginta & ante & post religionis introitum monastica gratis impendisse vi  
deremur, vt animo non possemus imperare nostro, triplicis Philolophia fortissimis cir  
cumsepto præsidijs: & odia continere imperitorum, & quæque nobis aduersantia pro  
regni cælestis desiderio cum mansuetudine & patientia tolerare. Quantumlibet enim  
sint graua, quæ nobis improba fortuna parauit inuidia, propterea vel maxime con  
30 temnenda sunt, quoniam obnoxia fini perseverare diutius non possunt. Sanctorum  
Christi martyrum victoria, quam sint aduersa huius mundi ridenda viro sapienti, clarissi  
mo nos instituit exemplo. Breuissimo durantiæ tempore pro redemptoris sui amore pa  
tienter sustinere tormenta pro quibus angelorum sine termino æterna iam fruuntur le  
ticia. Absterfit ab oculis eorum omnem lachrymam Christus, pro cuius testimonio in  
hac vita susceperæ contraria: & iam non erit inter eos clamor amplius, neque timor, ne  
que luctus, neque dolor, quoniam hæc omnia sicut fumus in hoc sæculo tranfierunt: illi  
autem sunt in pace, & viuunt nomina eorum in sæcula sempiterna. Sustineamus & nos,  
amantissime frater, pro Christi amore cum patientia in remissionem peccatorum no  
strorum, ea quæ nobis aduersa proueniunt, scientes fidelem dixisse Theophilum, quoniam  
40 per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum calorum. Adrendamus caput nostrum,  
conditorem nostrum, præceptorem & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM  
Deum & hominem, quanta mansuetudine, longanimitate & patientia pro nobis to  
lerauit aduersa huius vitæ, famæ innocentis dispendium, irrisiones, contemptum, fa  
mem, sitim, frigus & æstum; immentolque pro salute nostra labores ac postremo in fini  
tis plenam amaritudinibus passionem, horrendos cruciatus, & mortem in patibulo crucis,  
latere transfixo cuspide nimis acerbam. Itaque si principem nostrum Dominum  
que & magistrum oportuit primum talia pati, & sic intrare in gloriam suam, quomo  
do nos Christiani, nos monachi, nos denique iniqui, & ipsa necessitate naturæ mor  
tales atque corruptibiles, gloriam nobis pollicebimur (vt ita dixerim) alienam, sine  
50 labore, sine aduersitatum & multimoda tolerantia passionum. Ad principis nostri glo  
riam nemo pertinget, qui non FIDE ET OPERE in eius charitate vsque ad mor  
tem Christiane viuendo, perseverauerit. Quid autem in Christo sit pie viuendo per  
seuerare; sanctus non tacuit Christophilus dicens: Omnes qui in Christo volunt pie  
viuere, persecutionem patientur. Non potest sine aduersitate viuere Christianus, iplo ad  
nos dicente magistro: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Non est seruus maior do  
10an. 15;  
mino suo, neque super magistrum discipulus, neque Christo melior Christianus. Si mem  
bra sumus Christi, caput nostrum in aduersitate sequamur, vt in eius consortio nume  
rari mereamur regnantes, in cuius imitatione nunc patientes contristamur. Suffi

In afflictio  
nibus debe  
mus respici  
cere in Chri  
sto & san  
ctis eius.

Apocal. 12.

Abor. 14.

2. Tim. 3.

10an. 15;

T. Pithen

Opera  
Historia

Pro Christo  
qui patitur.

cit enim discipulo Christi, vt sit in passionibus & aduersitatibus præceptoris exemplo quotidie, seorsumque munimine dominum regio suum mente sollicitus imitetur. Nunquam desunt in hac vita Christiano certamina passionum, quanquam non omnes qui dicuntur Christiani, his per patientiam ad meritum vtantur. Non omnes enim qui patitur in hoc mundo, passionibus Christi in veritate communicat, sed is tantum Christi fit testimonio gloriosus, qui aut pro Christi & iusticiæ amore patitur, aut pro suis peccatis innocens omni se dignum aduersitate, vt Christum lucrifaciat, arbitrat. Dixit enim in sanctis martyr Christi magnus Cyprianus: *Pena martyrem non facit, sed causa.* Si, quando patimur, Christus est in causa, non tristemur, sed retineamus in nobismetipsis dolorem nostrum ac fortiter feramus, quoniam ipse Christus, pro cuius amore patienter

Rom. 5.

sufferimus, festinum nobis de cælo mittet auxilium. Scis enim quid sanctus dixerit Christophilus: *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem.* Et ne spem putarem in anem, subiunxit: *Spes autem non confundat, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Nonne & quidam sapiens necessariam hominibus iustis tribulationem considerans dixit? *Vasa figuli probat fornax, & homines iustas tentatio tribulationis.* Patienter ferenda sunt quæcunque nobis occurrunt aduersa: quoniam etsi multæ sunt tribulationes iustorum, de omnibus tamen à Domino post breuissimam horam momentaneamque liberantur. Stultum est timere quod euitare non possis, & propter aduersitatem corporis morbum incidere mentis. Menandri versiculorum auctoritas nos confundat, si pulsati aduersis fuerimus muliebres. Dicit enim

Φίλον ἀνάγκη βήτας οἶσα τὴν τύχην. Et

Φρονίτος ὅτι ζῆμιαν γὰρ φέρει.

Στεφῆνος φέρει γὰρ συμφορὰν τὸν ἰσχυρῶς.

Νικάνορ ἰσχυρῶς τὴν παρὰ τὸν αὐτοῦ.

Ἀνδρῶν τὰ κερὰ πῆλοσθ' ἡσυχῆ φέρει.

Nobis igitur, mi frater, qui & monachi sumus & Christiani, contra omnia quæ possunt imminere aduersa, semper firmandus est animus, & in Christi amore solidandus, vt nullus præsentis vitæ casus vnquam nobis possit occurrere, contra cuius impetum mens non fatis antea fuerit præmunita. Hoc autem quam facillime quidem poterimus, si omnia cogitata nostra & opera, ipsa quoque cordis nostri desideria per interni feruorem amoris ad Christi memoriam iugiter referamus. Magna sunt quæ nobis à principe nostro promittuntur in cælis, quorum iugis memoria si mentibus nostris fideliter inhaerit, nulla profecto huius mundi formidabimus aduersa. O frater amantissime, si futuræ felicitatis præsentis vitæ aduersitas gaudium tibi afferret, & tristitiam ingentem mundana prosperitas.

1. Corint. 2.

Maxima sunt sempiternæ amcenitatis gaudia, penitusque incomprehensibilia mortalibus, quia sicuti scriptura pollicetur diuina: *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, estimatio boni, quod omnipotens Deus præparauit amatoribus suis.* Hac sepius mente cogitans, dilectissime fili, & tuam leuius feres ægritudinem, & nostram calamitatem non plorabis. Quanquam dubitemus minime grauius te ferre nostram iniuriam, quam omnem corporis tui quam pateris infirmitatem. Ex nostro enim tuum merentes animum (nobis crede) plus tibi compatimur, quam ipsi patiamur. Multis te subactum tribulationibus ab ætate tenera cognouimus, & ob id tibi iam senio & in valetudine grauato amplius condolemus. Sed patienter sufferas, quicquid aduersi tibi acciderit: tempus malorum peregrinationis nostræ breuissimum est, merces autem in tribulatione pro Christo laborantium æterna. Speramus in breui tristitiam tuam nostra præsentia temperandam: quod si inuidia Satanae præsentiam corporalem intercluserit, præsentis hic amoris spiritu, in futura cælestis patriæ vita (largiente saluatore omnium) perpetuo latibimus conspectu. Postridie descensuri ad Coloniam Agrippinam, vocati per literas clementissimi principis Ioaehim Brandenburgensium, quem nosti, & cuius vidisti collata in nos beneficia, vnum inter eos principes qui Romanum habent eligere Regem. Unde reditus nostri diem ignorantes Nicolaum Priorem nostrum sub quadam limitatione constituimus vicarium generalem, vt circa rei nostræ statum vtriusque curam interea gerat sollicitam, ne quid nobis absentibus in monasterij negocijs perperam agatur. Quocirca & tuâ charitatem, de qua plurimum confidimus, paterne duximus commonendam, vt oculos super eum perspicaces adhibeas, eique in omnibus quæ tractanda occurrerint, quantum tuâ imbecillitas permiserit, assistas, ne quid mali propter eius inexpertam leuitatem, qua se omnia posse confidit, pauperis Cœnobij conditio patiat. Vale amantissime fra-

& aduersitatibus præceptoris tuo  
regio suum mente sollicito  
amina passionum, quamquam non  
meritum vrantur. Non committit  
veritate communicat, sed in caritate  
& iusticiæ amore paratur, aut pro  
Christum lucrificat, arbitrate. *De  
Pena martyrum non facit sententiam. Si  
mur, sed retineamus in nobis  
Christus, pro cuius amore patitur.  
Scis enim quid sanctus dicit. *Christi  
probatorem, probatio vero per se  
fundat, quia caritas Dei in  
Nonne & quidam sapiens nocentem  
Vasa figuli probat fornax, et homines  
que nobis occurrunt, aduersi: quo  
nibus tamen à Domino post horum  
rum est timere quod euitare non pos  
ere mentis. Menandri vesicularum  
is mulieres. Dicit enim**

Christiani, contra omnia que possunt  
in Christi amore solidandas, mem  
ere, contra cuius impetum mens  
ime quidem poterimus si omnia  
sideria per interni feruorem amemus  
unt quæ nobis à principio nostris  
bus nostris fideliter inhaerent, non  
ater amantissime, si future felicitate  
ccelis, mente sagaci reuolutes, pro  
am ingentem mundana propinqua  
que incomprehensibilia membra  
a, nec auris audiat, nec in car  
parauit amatoribus suis. Hæc  
egritudinem, & nostram calamitat  
us te ferre nostram inuentionem, quam  
Ex nostro enim tuum mentem  
patiamur. Multis te subdolum  
iam senio & in valentissime  
uid aduersi tibi acciderent, tempore  
ces autem in tribulatione spe  
n tuam nostra presentia tempore  
intercluserit, presentes in  
ore omnium perpetuo  
inam, vocati per literas scientibus  
um, quem nos, & cuius vultu  
manum habent eligere Regem. In  
nostrum sub quadam  
statum vtriusque curam in  
negocijs perperam agatur. Quæ  
paterne diximus commoneant  
mnibus que tractanda occurrunt  
d mali propter eius inexpectat  
ij conditio patiat. Vale. *in  
medic*

me frater, & Deum ora vt eius voluntas in nobis sanctissima compleatur. Ex Neometi 24.  
Iunij mensis die. Anno Christianorum millesimo quingentesimo quinto.

## XI.

AD DOMINAM RICHMODEM DE HORST, MONASTERII SEBA-  
censis Abbatisam, virginem Deo dicatam, &c.

PROPOSITVM nobis in animo fuerat, amabilis in Christo filia, vnà cum Iacobo Ca-  
sæ Dei vicinior iam nobis Abbate, tuum adire cœnobium, & visitationis officium ad-  
10 implere nobis commissum. Hæc autem nobis animo cogitantibus, nuncius ecce venit ex-  
cellentissimi principis Ioachim Brandenburgensium Marchionis, qui suis me literis ad  
primum Iulij mensis diem Bunnam cuocauit. Cum ergo breuitas temporis me aliorum  
non sinat declinare, sitq; tanto morem gerere principi non solum honestum sed & neces-  
sarium, propositum quod pro visitationis actu concepimus, cogimur immutare. Postridie  
itaq; nauigio descensuri, quamuis existimemus non oportere tuam in Domino charitatē  
multum nobis venerabilem literis docere nostris, quemadmodum commissis tibi vtiliter  
& fructuose debeas præesse virginibus, quæ ab infantia Colonia apud S. Machabæos in  
monasterio quam optime reformato, ad puritatem regulæ diui patris nostri Benedicti, &  
sacras ad plenum didicisti literas, & sanctis moribus obseruantiam perfectè consecuta es  
20 regularem: monere tamen & exhortari mansuetudinem tuam, vt magis in voluntatē  
bona quod didicisti rectum, & opere perficias & sermone, paterna sollicitudo nos inducit.  
Nemo enim tam doctus, tam sanctus, tam Deo inter claustrales inuenitur deuotus, qui eo  
ipso quo cupit esse bonus, non fiat melior, quoties voluntati propriæ charitatis sanctæ a-  
liena exhortatio adhibetur. De tua vero dilectione dubitare non possumus, quin verba  
exhortationis nostræ & libenter accipias, & pro viribus omni tempore custodias. Horta-  
mur itaq; tuam in Domino lesu Christo deuotionem, ita semper viuere, vt causam non habeas  
timendi mortem. Solus enim Dei perfectus amor timendi mortem non habet causam,  
vt pote qui se post dissolutionem carceris vitæ præsentis, in eo perpetue mansurum  
non dubitat, quem positus in carne totis viribus amat. Seruus autem desidiosus & piger,  
30 sciens voluntatem domini sui & non faciens, ad eius conspectum venire metuit, cuius  
mandata se contempsisse recognoscit. Is vero qui dominum suum toto semper corde ama-  
uit, eiusque voluntatem in omnibus exequi studuit, apparere coram eo non solum non  
metuit, sed venire ad eius conspectum, à quo se non uult remunerandum, potius concupiscit.  
Huius rei similitudinem ipse Dominus noster Iesus Christus in sacro nobis Euangelio clare  
proposuit, quando fideles vsurarios de apportato lucro commendauit. Tu quoque ama-  
ntissima in Christo filia, Domini & saluatoris nostri pecuniam assecuta, donum ab ip-  
so intelligentiæ accepisti, quo magnum sacri amoris lucrum debeas reportare, cura præ-  
camur quam diligentissime, ne hoc munus Dei preciosum in terram carnalium abscondas  
passionem, neque carni plus quam oportet indulgeas, ne sacris prælata virginibus otio  
40 torpescas. Memento quam sint breuioris preciosâ nobis indulta beneficia temporis, &  
quam multa nobis liceat diebus quidem huius vitæ paucissimis bene recteque viuendo  
præmittere bona. Esto commissarum tibi puritatis exemplar sororum, vitæ norma sacra-  
toris, sententiæ memor legislatoris nostri Benedicti dicentis: *Omnia quæ abbatissa moniali-  
bus suis dixerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda.* Tunc enim, ô filia, vices Christi  
in monasterio recte gesseris, cum subditas tibi virgines in omni puritate mentis & corpo-  
ris, verbo & conuersatione præcedis. Inprimis igitur temetipsam diligenter considera, vt  
cunctis purgata vitis, bonisque & sanctis decorata virtutibus Deo placeas, per continuum  
seruentis desiderium amoris: ac deinde commissas tuo regimini, vt id ipsum sapiant velint  
50 que in Domino lesu, qua poteris instantia sedulo cohorteris. Omni cura & sollicitudine  
vigila super creditas tibi animas, ne qua in sedijs maligni pereat tentatoris, qui semper  
circuit rugiens vt leo, ac stridens præ malignitate dentibus, quærensque aliquam Deo di-  
catam virginem quam deuoret. Memor esto filia quam portetis thesaurum virginitatis  
preciosum in vasis fictilibus: & vigila semper ne domū cordis vestri hostis valeat penetrare  
malignus, ne hunc vestrum sanctis Dei angelis venerabilem subfuretur thesaurum,  
Claudite corda vestra Deo virgines dicata, quoniam ipsa sunt fictilia vasa, in quibus the-  
saurum portatis incomparabilem: ipsa sunt sceuaria, in quibus vnguentum continetis  
angelicæ compositionis, quod ne effluat summa vobis sollicitudine vigilandum. Super-  
greditur enim sancta virginitas naturæ conditionem humanam, per quam homines Ange-  
Pp